EDIZIONE NAZIONALE

MATHEMATICA ITALIANA

per il Ministero per i Beni e le Attività Culturali

Comitato scientifico:

Simonetta Bassi
Università di Pisa

Umberto Bottazzini
Università Statale di Milano

Michele Ciliberto
Scuola Normale Superiore di Pisa

Giuseppe Da Prato
Scuola Normale Superiore di Pisa

Paolo Freguglia
Università di L'Aquila

Mariano Giaquinta
Scuola Normale Superiore di Pisa, Centro di ricerca matematica "Ennio De Giorgi", Presidente

Angelo Guerreggio
Università Bocconi di Milano

Michele Marini
Fourweb Service srl

Stefano Marmi
Scuola Normale Superiore di Pisa, tesoriere

Massimo Mugnai
Scuola Normale Superiore di Pisa

Pietro Nastasi
Università di Palermo

Luigi Pepe
Università di Ferrara

IORDANI

OPVSCVLVM

DE PONDEROSITATE

NICOLAI TARTALEAE

STVDIO CORRECTVM,

NOVISQVE FIGVRIS AVCTVM.

CVM PRIVILEGIO.

VENETIIS,

APVD CVRTIVM TROIANVM.

M D L X V.

FRANCISCO LABIAE OMNI VIRTVTVM GENERE ORNATO.

CVRTIVS TROIANVS S. D.

ON me fugit summa in expectatione te esse, cum optimis literarum studijs, qui te uehementius incumbat cognoscam neminem. nullum profecto doctrinæ genus est, in quo non uerseris, nulla disciplina, quam non intelligere uelis, tu grammaticorum canones, historias, & poetarum fabulas mirifice tenes, tu rhetoricis flosculis abundas, dialecticorum argutias scrutaris, physices arcana, & superiores intelligentias peruestigas, tu theologorum abdita perquiris, tu mathematicis, & omni denique eruditionis genere delectaris, quamobrem, pro mea in te, & patrem tuum beneuolentia, propter egregiam tuam indolem, iucundissimos mores, diuinum inge

niùm, summam modestiam, tibi optimæ spei adolescenti dicare uolui hunc Iordani ingenioſi, & acuti hominis librum de ponderibus, quem mihi ſuis in fragmentis Nicolaus Tartalea familiaris meus, uir quidem præclaris ornatus ſcientijs excudendum reliquit. Accipias igitur læto vultu hunc in lucem editum, tuoque ſub nomine emiſſum, quandoquidem tibi non modo iucunditati, ſed etiam utilitati fore certo ſcio. Vale: Non. Kalendas Feb.

PRIMA

PRIMA SVPPOSITIO.

OMNIS ponderosi motum esse ad medium uirtutemq; ipsius esse potentia ad inferiora tendendi uirtutem ipsius, siue potentia possumus intelligere longitudinem brachij libræ, aut uelociter eius quem probatur ex longitudine brachij libræ, & motui contrario resistendi. Secunda: Quòd gravius est uelocius descendere. Tertia: Gravius esse in descendendo quanto eiusdem motus ad medium rectior. Quarta: Secundum situm gravius esse cuius in eodé situ minus obliquus descensus. Quinta: Obliquiorem autem descensum in eadem quantitate minus capere de directo Sexta: Minus grave aliud alio secundum situm, quod descensum alterius sequitur contrario motu. Septima: Situm æqualitatis esse æqualitatem angulorum circa perpendiculum, siue rectitudinem angulorum, siue æque distantiam regulæ superficiei Orizontis.



Quæstio Prima.

Inter quælibet grania est uirtutis, & ponderis eodem ordine sumpta proportio.

Sint pondera a, b, c, leuius c, descendatq; a, b, in d, & c, in e. Itaque ponatur a, b, sursum in f, & c, i, b. Dico ergo quod quæ proportio a, d, ad c, e, sicut a, b, ponderis ad c, pondus, quanta enim uirtus ponderosi tanta descendendi uelocitas: atque compositi uirtus ex uirtutibus componentium componitur. Sit ergo a, æquale c. Quæ igitur uirtus a, eadem &, c. Sit igitur proportio a, b, ad c, minor quàm uirtutis ad uirtutem. Erit similiter proportio a, b, ad a, minor proportio quàm uirtutis a, b, ad uirtutem a, ergo uirtutis a, b, ad uirtutem b, minor proportio quàm a, b, ad b. per 30. quinti Euclidis quòd est inconueniens. Similium igitur ponderum minor, & maior proportio, quàm uirtutum. Et quia hoc inconueniens erit, utrobique eadem ideo a, b, ad c, sicut a, d, ad c, e, & e, contrario sicut c, b, ad a, f.

Quæstio Secunda.

Quum æquilibris fuit positio æqualis æquis ponderibus appensis ab æqualitate non discedet: & si à rectitudine separatur, ad æqualitatis situm reuertetur. Si uero inæqualia appendantur, ex parte grauioris usque ad directionem declinare cogetur.



Figura a Nicolao de Tartaglijs instructa.



A Equilibris dicitur quando à centro circumuolutionis brachia regulæ sunt æqualia. Sit ergo centrum a, & regulæ b, a, c, appensa b, & c, perpendiculum f, a. Circumducto igitur circulo per b, & c, in medio cuius inferioris medietatis sit e, manifestum quoniam descensus tam b, quàm c, e, per circumferẽtiam circuli uersus e, & cum æque obliquus sit hinc inde descensus, quæ sunt æque ponderosa, non mutabit alterum. Ponatur item quòd submittatur ex parte b, & descendat ex parte c, dico quoniam redibit ad æqualitatem: est enim minus obliquus descensus a, ad æqualitatem, quàm a, b, uersus e. Sumantur enim sursum arcus æquales, quantumlibet parui qui sint c, d, & b, b, & ductis lineis ad æquidistantiam æqualitatis, quæ sint, c, z, l, & d, m, n. Item b, k, b, G y, t, dimittatur orthogonaliter descendens diametrum quæ sit f, z, m, a, k, y, e, erit quòd z, m, maior k, y, quia sumpto uersus f, arcu ex eo quòd sit æqualis c, d, & ducta ex transuerso linea x, r, s, erit r, z, minor z, m, quòd facile demonstrabis. Et quia r, z, est æqualis k, y, erit z, m, maior k, y. Quia igitur quilibet arcus sub c, plus capiat de directo quàm ei æqualis sub b, directo est descensus a, c, quàm a, b, & ideo in altiori situ grauius erit c, quàm b, redibit ergo ad æqualitatem.

Sit

Sit item b, gravius, quàm c, & ponantur æqualiter, quia ergo ubique est æque obliquus descensus patet, quia b, descendit. Ponatur etiam b, inferius, ut liber, & c, superius: dico quòd etiam in hoc situ erit gravius b, dimittant enim directæ lineæ c, d, & b, b, & contingentes circulii sint b, l, c, m, & sit arcus c, z, similis, & æqualis, & in eodem situ cum arcu b, e, quem & linea c, m, contingit. Et quia obliquitas arcuum b, e, vel c, z, est angulus d, c, z, & obliquitas arcus, c, e, est in angulo d, c, m, æque proportio anguli d, c, z, ad angulum d, c, m, est minor qualibet proportione, quæ est inter maiorem, & minorem quantitatem. Minor ét erit, quàm ponderis b, ad pondus c. Quomodo ergo plus addat b, super c, quàm obliquitas super obliquitatem gravius erit b, in hoc situ, quàm c, hac rationem non desinet b, descendere, & c, ascendere, usque f, e, q.





Figura à Nicolao constructa.

Quæstio Tertia.

Omne pondus in quamcunque partem discedat ab æqualitate secundum situm fit levius.

Supra enim locum æqualitatis duo loca sequuntur super, & infra, & ab omnibus arcus resecentur ab inferiore æquales, ut liber parui, & qui est sub loco æqualitatis plus capiet de directo.





Quæstio Quarta.

Quum fuerint appensorum pōdera æqualia, non faciet nutum in æquilibri appendiculorum inæqualitas.

Sit responsa a, b, c, centrum e, & appendicula a, d, & b, e, longius autem b, e, appensa b, e, descendatq; c, z, y, orthogonaliter quantumlibet, & ductis d, z, & e, y, æque distantibus respondere, & positis centris in z, & y, circunducantur quarta circulorum per d, & e. Et quoniam d, z, & e, y, sunt æquales, erunt & quarta circulorum æquales. & quia per illorum circumferentias est descensus d, & e, quum æque ponderosa sint d, & e, & æque obliquus, descensus in hoc sint æque gravia erunt. Non ergo mutabit hinc, vel inde responsa. Quòd autem per illas sit illorum descensus, sic constet. Describatur enim semicirculus circa centrum e, secundum quantitatem b, & a, & dimittatur d, in m, & b, in n, descendantq; ab m, & n, ad quartarum circumferentias lineæ m, x, & n, b, æque distantes c, x, dico quòd m, x, adæquatur a, d, & n, b, æqualis est b, e, quod patet ductis lineis z, x, y, b. Quā ergo semper descendant a, & b, per hunc semicirculum descendunt etiam d, & e, per descriptas quartas, & hoc fuit demonstrandum.



Quæstio Quinta.

Si brachia libræ fuerint inæqualia, æqualibus appensis ex parte longiore nutum faciet.

Sit

A Nicolao confructa.



Sit responsa a, c, b, & sit a, c, longior quàm c, b. dico quòd appensis æqualibus ponderibus, quæ sint a, & b. declinabit ex parte a, dimissa enim perpendiculari c, f, b, circinentur duæ quartæ circulorum circa centrum c, quæ sint a b, et b f, & ductis contingentibus ab a, & b, quæ sint a, e. & b, d, palam est minorem esse angulum e, a, b, contingentia a, quàm d, b, f, & ideo minor obliquus deferens per a, b, quàm per b, f. gravius ergo a, quàm b, in hoc situ.

Quæstio Sexta.



Si fuerint brachia libræ proportionalia ponderibus appẽsorum ita, ut in breuiori grauiter appendatur, æque grauia erunt secundum situm appensa.

Sit ut prius regula a, c, b, appensa a, & b, sitq; proportio b, ad a, tã quam a, c, ad b c. dico quòd non mutabit in aliqua parte libræ. sit enim ut ex parte b, defendat, transeatq; in obliquum lineæ d, c, e, loco a, c, b, et





appensa d, ut a, & e, ut b, & d, b, lineæ orthogonaliter defendat, & e, b, defendat. palam quoniam trianguli d, c, b, & e, c, b, sunt similes, quia proportio d, c, ad c, e, quàm d, b, ad e, b, atque d, c, ad c, e, sicut b, ad a, ergo d, b, ad e, b, sicut b, ad a, sit signatur c, l, æqualis c, b, & c, e, & l, æquatur b, in pon-

dere, & descendat perpendiculum l,m, quia l,m, & c,b, constant esse æquales, erit d,b, ad l,m, sicut b, ad a, & sicut l, ad a, sed ut ostensum est a, & l proportionaliter se habent ad contrarios motus alternatim. Quod igitur sufficiet attollere a, in d, sufficiet attollere l, secundum l,m. Quum ergo æqualia sint l, & b, & l,c, æquale c,b,l, non sequitur b, contrario motu, neque a, sequitur b, secundum quòd proponitur.

A Nicolao constructa



Sine



Quæstio Septima.

Si duo oblonga per totum similia, & quantitate, & pondere æqualia appendantur ita, ut in alterum dirigatur, alterum orthogonaliter dependeat, ita etiam, ut termini dependentis & medii alterius eadem sit a centro distantia, secundum nunc situm æque grania sient.

Sint termini regulæ a, & b, centrum c, ut appensa quidem dirigitur secundum situm. Resp. ad æquidistantia orizontis sit, a dde medium eius d, & alterum dependens b, 6 sit tũc b,c, sitq; b,c, tanquam c,a,d. Dico quòd a,d,e, & b,6, in hoc situ æque grania sunt. Ad huius euidentiam dicimus, quòd si responsa ex parte a, sit ut c, e, & appendatur in a, & e, duo pondera æqualia, sicut z, & y, & duplum utriusque appendatur ad b, quod sit x,l, erit etiam in hoc situ x,l, tanquam z, & y, in pondere. Sint enim x, & l, dimidia eius eritq; pondus eius, x, ad pondus z, tanquam b,c, ad c,e, per præmissam, & commune pondus l, ad pondus y, in hoc situ, sicut ab b,c, ad c,a, itaque erit x,l, ad z, & y, in hoc situ, sicut ad e,c, & a,c, duplum a,b, et quia duplum b,c, est, ut c,a, & c,e, erit x,l, æquale z, & y, in pondere in hoc situ, hac ratione, quoniam omnes partes b,6 pondere sunt æquales, & in hoc situ, & quilibet duæ partes a,d,e, æqualiter a,d, distantes sunt in pondere

dere æquales duobus æquis partibus b, 6. sequitur ut totum toti.



Quæstio Octaua.

Si inæqualia fuerint brachia libræ, & in centro motus angulum fecerint: si termini eorum ad directionem hinc inde æqualiter accesserint: æqualia appensa in hac dispositione æqualiter ponderabunt.



Sit centrum c, brachia a, c, longius b, c, breuius, & descendat perpendiculariter c, e, 6. supra quã perpendiculariter cadant hinc, inde a, 6. & b, e, æquales. Quum sint ergo æqualia appensa a, c, b, ab hac positione non mutabũtur, pertransẽt enim æqualiter a, 6, & b, e, ad K, & Z, & super eas fiant portiones circulorum m, b, b, Z, K, x, a, l, & circa centrum c, fiat communis proportio K, y, a, f, similis, & æqualis portionis m, b b, Z, & sint arcus a, x, a, l, æquales sibi atque similes arcubus b, m, b, b. Itemq; a, y, a, f. si ergo ponderosius est a, quã b, in hoc situ descendat a, in x, & ascendat b, in m, ducãtur igitur lineæ Z, m, K, x, y, K, f, l, & m, p, super Z, b, fiet perpendiculariter etiam x, e, & f, d, super K, a, d, & quia m, p, æquatur f, d, & ipsa est maior x, t, per similes triangulos erunt m, p, maior x, t, quia plus ascendit b, ad rectitudinem, quàm a, descendit. quod est impossibile, quum sint æqualia: descẽdat ratione b, in b, & trahat a, m l,



& cadant perpendiculariter b, z, super b, Z, & l, n, & y, o, super n, m, fiet l, n, maior y, o, & ideo maior b, r, vnde similiter colligitur impossibile. Ad maiorem autem euidentiam describamus aliam figuram, hoc modo.

Figura à Nicolao Tartalea costrutta super hanc 8.





Esto linea recta i,k, e,n,z, & circa centrum c, hinc inde duo semicirculi y, a,e,z,k,b,d,n, & transeant lineæ æquedistantes à diametro a,f,e, & b,l, d, directeq; perpendiculares hinc inde fiant æquales ut b,l, & e,f, per tractis rectis lineis e,b,e,a,c,d,c,e, posito quòd pondera sint æqualia m,a,b,d, e,f, in hoc sunt æque ponderosa erunt. Directæ enim lineæ b,a,b,x,f,b,c,d, a,d,f,d,e, omnes secabuntur per æqualia apud diametrum, velut b, x,f, & ita omnes divisæ erunt per medium. quare ergo in medio omnium sint centra posita sicut sunt pondera posita æqualiter, ergo ponderant: subtilius tamen quod amadfiet ut a potest perpendi: ut sit a, ponderosius quàm b, & b, quàm f, & f, quàm d, & d, quàm e, nec tamen potest d, elevare e, si enim portio lineæ d,e, versus e, fieret minor, sed c, potest mutu facto trahere b, & b, similiter a, & d, a, & a, d, & b f, & f, b. donec circumvolutæ deponant ut sit angulus supra centrum, sub ipso enim motu b, inferius crescet semper pars lineæ b,a, versus b, & fiat b, gravius.

Quæstio Nona.

Æqualitas declinationis identitatis ponderis.

DEclinationis æqualitas tantum in via recta conservatur, & ipsa sit in linea a,b, & recte descendens linea sit a,c, sintq; in a,b, duo loca d, & e. Sive ergo à d, deciendat quodlibet pondus, sive ab e, eiusdem ponderis erit, æqualis enim partes sub d, & e, semper æqualiter capiunt de directio, quod patet ductis perpendicularibus ad a, c, a, b, eisdem locis quæ sint e, f, h, 6, i, & demissis orthogonaliter super illas d, k, & e, m, lineas, unde sive excedatur pondus supra a,b, sive simul ponatur unus pondus is est.

Quæstio Decima.

Si per diuersarum obliquitatum uias duo pondera descendant, fiantq; declinationum, & ponderum vna proportio, eodem ordine sumpta vna erit utriusque uirtus in descendendo.

Sit linea a, b, c, æquedistans orizonti, & super eam orthogonal ser erecta sit b, d, à qua descendant binæ, inde lineæ d, a, d, c, latiq; d, c, maioris obliquitatis proportione igitur declinationum dico non angulorum, sed linearum usque ad æquedistantem reflectionem, in qua æqualiter ponunt de directo. Sit ergo e pondus super d c, & b, super d, a, & sit e, ad b, sicut d, c, ad a, d. Dico ea pōdera esse vnius momenti in hoc situ, sit enim d, k, linea vnius obliquitatis cum d, c, & pondus super eam. ergo æquale est e, quæ sit 6. Si igitur possibile est, descendat e, in l, & trahat b, in m, sitq; 6, n. æquale b, m, quod etiam æquale est e, l, & transeat per 6. & b, perpēdicularis, super d, b. Sitq; 6 b y, & ab l, sit l, t, sint & tunc super 6, b y, n, z, m, x, & super l, t, erit e, r, quia igitur proporno n, z, ad n, 6, sicut ad d, 6 d, y, propter similitudinem triangulorum, & ideo sicut d, b, ad d, k, & quia similiter m, x, ad m, b, sicut d, b, ad d, a. Erit propter æqualē proportionalitatē per turbatam m, x, ad n z, sicut d, k, ad d, a, & hoc est sicut 6, ad b sed quia r, e, non sufficit attollere 6, in n, nec sufficit attollere m, in m, sic ergo manebunt.



Quæstio Vndecima.

Quum sit responsa libre vnius ponderis, & grosiciei per totum: & ipsa in pondere data super inæqualia diuidatur, atque ex parte breuiore dependeat æquabiliter pōdus datum, erunt & portiones & regulæ, quæ sunt a centro examinis similiter datæ.

Sit responsa a, b, c, data in pondere, & æqualis in grossicie, & dependeat



Figura à Nicolao constructa.

ex parte e, pondus b, datum, sitq; b, e, æqualis b, c, & in medio a, e, notetur z, à quo dependeat pondus b, æquale a, e, & in eo etiam situ æque ponderabit. Quia ergo in hoc situ æque ponderant b, & d, eritq; proportio d, ad b, ea z, b. ad b, c, & permutatim quæ proportio d, ad z, b, ea est a, e, hoc est b, ad b, c, & commutatim quæ proportio d, & dupli z, b, hoc est a, e, ad z, b, ea est a, e, & dupli b, c, hoc est e, c, ad b, c. Si ergo tota a, b, c, ducatur in suum dimidium, & productum dividatur per d, & a, c, quod totum est datum, exibit b, c, datum

Quæstio Duodecima.

Quod si portiones datæ fuerint, & pondus datum erit.



Cum enim ut præmissum est d, pondus cũ tota a, c, sit ad eius dimidium, sicut tota a, c, ad b, c. cũ sint a, b, & b, c, datæ, si ducatur a, c, in suum dimidium, ut prius, & productum dividatur per b, c, exibit pondus d, & tota a, c, detracta ergo a, c, relinquitur pondus d, datum.

Quæstio Tertiadecima.

Si uero pondus datum fuerit, & pars cui appenditur data, totum quoque datum erit.

Vbi gratia d, pondus datum sit, & b, c, portio data. Quia igitur d, ad b, siue ad e, a, sicut z, b, ad b, e, erit, quòd ex ductu d, in c,



b, æquale ei, quod ex ductu a, e, in b, z. ergo quod ex ductu d, in c, b, bis æquale ei quod ex ductu a, e, in z, b, bis, & hoc est in totum a, c, ergo quod ex d, in c, b, bis cum quadrato e, b, est æquale ei, quod ex a, e. in a, c, cum quadrato c, b, sed quod ex a, e, in a, c, cum quadrato c, b, valent quadratum a, b, per primam, & quartã secundi Euclidis, in materijs igitur quod ex ductu d, in c, b, bis cum quadrato c, b, valent quadratum, a, b, sed quod ex ductu d, in c, b. bis cum quadrato c, b, est, quoddam datum cum d, & c, b, sint data ergo quadratum a, b, est datum: ergo eius radix, scilicet a, b, est data, cum sit datum quod fit ex d, in b, c, erit & quod ex z, b, in e, a, datum. quare & quod ex z. b. in, z, e, quorum cum sit differentia data, erit utrumque eorum datum: sicq; tota a, b, c. data hoc opus est, vt ei quod fit ex d, in b, c, bis addatur quadratum b, c, & compositi radix erit a, b. In hac non ponderandi ratione bis incident generalia scilicet quod quadratum d, c, b, est tanquam quadratum d, & quadratum b, a. Quod enim fit ex d, in c, b. bis est quadratum, quod ex tota c, a, in ca, quare ex d, in c, b, bis cum quadrato c, b, est quantum quadratum b, a. Quadratum ergo d, c, b, et quadrata d, & b, a, amplius quod fit ex d, c, b, in c, b. bis est, vt quadratum c, b. & quadratum b, a, quod enim fit ex d, in c, b, bis cum quadrato c, b, est, vt quadratum b, a, quare quod est d, in c, b, bis cum quadrato c, b, bis, & hoc est quod fit ex d, c, b, in c, b, bis erit, vt quadrata b, a, & b, c. amplius quadrata d, c, b, & quod fit ex d, c, b, in c, b, a, bis est, vt quadrata c, b, a, & d, b, a, erit b, quadratum d, c, b, & quod fit bis ex d, c, b. in c, b, tum quidem quadrata d, & b, a, & b, a, & b, c, & tunc fit bis, ex d, c, b, in b, a, est vt quod est d, atque c, b, in b, a, bis, & sic patet, quod dicitur.

Quæstio Quartadecima.

Quod si pondus datum sit, & pars opposita, data similiter omnia data erunt.

Eadem ubique depositio, & d, atque b, a, data sint, & quadrata eorum conuertit data erunt, quæ sunt, vt quadratum d, c, b, cuius radix quæ est d, c, b, data erit. dempto ergo d, relinquitur c, b, datum, & sic ita a, b, c, data erit.

Quæstio Quintadecima.

Si responsa dati fuerit ponderis, & pondus appensum cum parte, in qua dependet fecerit quod datum, utrunque eorum datum erit.

Fit enim datum quadratum d,c,b, cum eo quod fit ex ipso in c,b, a, b,a, bis de quibus dempto quadrato a,b,c, relinquitur quadratum d, b,a, datum erit ergo d,b,a, datur & ipsius ad d,c,b, differentiam data, quæ est differentia a,b, ad b,c, sicq; utrumque erit datum. Et similiter d, eadem ratione, si data a,b,c, fuerit d, b, a, datur, erunt omnia data: quia enim quadrata a,b,c, & d,b, a, sunt, ut quadratum d, b, c, & quod fit ex ipso in a,b,c, bis, erit quadratum d, a, b, cum duplo quadrati a, b, c, tanquam quadratum compositi ex a,b,c, & d, b,c, quod cum sit datum, & a,b,c, datum erit, & d,b,c datum sicq; ut prius b,a, & b,c, & d, data amplius. si d,c, b, & d,b,a, data non autem a,b,c, erit quoque & ipsa data, & singula data, quum sit enim quadratum d,b,c, ut quadratum d, & quadratum b,a, detracto eo de quadrato d,b,a. relinquitur, quod fit ex d, in b,a, bis datum, quare utrumque datum.



Quæstio Sextadecima.

Si brachia libræ fuerint data pondere, & breuius in duo secetur similiter data, & a sectione pondus dependeat quod libram inæqualitate componat, ipsum quoque datum esse demonstrabitur.

Sint brachia libræ ut prius a,b, longius b,c, breuius quod secetur in e, dependeatq; pondus d, quod libram inæqualitate conseruet, dependeat autem & a, quum pondus b, quidem operetur. Quia igitur tam b, quam d, cum c,b, ponderat ut b, a, dempto b,c, æquale erit d, in pondere ad b, in

hoc fit, sicut igitur b,c, ad b,e, & d, ad b. quamq; sit b, datum, & d, datũ erit. Amplius & si d, datum esset, atque c,e, & e,b. data forent b,a, & a,c, data. Sicut enim b,c, ad b,e, & d, ad b, in eadem proportione. quare b, datũ ob hoc etiam b,a, data erit. Similiter ratione, si d, pondus fuerit datum, & a,b. & b,c, data erunt b,e, & e,c, data. quia enim a,b, & b,c, data sunt, erit & b, datum. atque sicut d, ad b, ita e,b, ad b,e, quare b,e, datum erit.

Quæstio Decimaseptima.

Quod si a breuiore duo dependeant pondera, alterum termino, alterum afectione, quæ regulam in æquedistantiam conferent, compositumque ex ipsis datum sit singulis Responsæ sectionibus existentibus datis, utroque appensorum data erunt.



Int ut solent breuia libra data a,b, b,c, et sectiones datæ b,c, e,c, & ponderantia b, & d, sitque y, æquale d, ut sit totum b,y, datum. sit tunc t, pondus, quod dependens a, c, æqualitatem faciat, cuius ad b, y, differentia data sit z, & quia t, est in pondere, ut b,d, b,y, erit maius pondere quam b, & d, quantum est z, ergo y tantum est pondere, quantum d, & z, sed y, ad d, in pondere est, sicut b,c, ad b,e, ergo y, ad z, sicut b,c. ad e,c, & quia z, datum erit, & y, datum similiter. hoc amplius si b, & d, data, atque c,e, & e,b, erit & b,a, datum. quia enim t, ad z, sicut b,e, ad c, e, erit z datum. Sitque t, atque a,b, data. Amplius si b, & d, data, ratione q; a,b, & b,c, erunt b,e, & e,c, data. quia enim a,b, & b,c, data, erit t, datum. & ob hoc z, & quia b,c, ad c,e, sic d, ad z, erit c,e datum. Amplius simili de causa si b,a, & b,c. data atque b,e, & c,e. sitque d, datum, siue b, siue differentia eorum, siue proportio, omnia data erunt.

Quæstio Decimaoctaua.

Si sectiones libræ sunt adinuicem datæ, pondusque datum in

termine breuioris, siue insectione dependens, uel etiã duo pondera data alterum in termino, alterum insectione appensa, regulam in æquedistantiam constituant, ipsa quoque in pondere data erit.



Esto ut prius regula a,b,c, sitq; a,b, ad c,b, data in proportione appendaturq; pondus d, elatum æquabiliter ex parte c, dico ergo a,b,c, datum esse in pondere. Ponatur enim ipsa alicuius noti ponderis quod diuidatur secundum proportionem a,b, ad c,b, ponaturque minus a,b, & minus e,b, & secundum hoc inueniatur põdus d. sicut ergo se habet põdus d, prius sumptũ ad posterius sumptum, ita se habebit pondus a,b,c, ad pondus positum. Si enim maius, uel minus, et c, similiter maius, aut minus quàm positum est, erit quòd si d, ine dependeat, & data sit c,b, ad e,b, datum erit, & f, æqualiter pendens a,c, quòd si d, & b, data sint, similiter & f, datum erit. quod quoniam datum est, datum erit pondus a,b,c. Commentũ respicit prius schema precedentis propositionis.



Quæstio Decimanona.

Si responsa dati põderis per inæqualia diuidatur, & alter minus ipsius data pondera appendantur, quæ in æqualitate consistant, brachia quoque libræ a centro examinis data erunt.

Verbi gratia, dependeat v. pondus, & a, c, pondus utrumque & sit b,z, æqualis b,c, & diuiso

so; a, per æquilia apud c, descendat b, y, quod similiter in pondere respondeat e, sitq; y, tanquam a, c, 3. eritq; proportio e, ad b. y, sicut c, b, ad b, c, & permutatim e, ad c. sicut y, b. siue b, cum a, z, ad b, c. quare sicut e, cum c, b, ad c, b, ita b, cum b, z. ad b, c. Itemq; b, ad d, sicut a, b. ad c, b. erit ad a, b, sicut d, ad c, b. Itaque d, & c, b, ad c, b sicut b, & a, b. Igitur e, cum c, b, ad d. sicut cum c, b. sicut a, b, ad b, c. & coniunctim sicut e, d, cum a, b, c, æque quia est dupla c, b, ad d, cum c, b Ita tota a, b, c, ad a, b, c. Si ergo a, b, c. dentur in d, & c, b, perductum dimidatur per d, e. & a, b, c, simul exibit b, c. data. Amplius si data a, b, c. fuerint a, b. & b, c, data, & totum d, e, datum, & d, & e. erit datum. Amplius si illis datis fuerint, vel d, vel e, datum, erit reliquum datum. Amplius si d, & e, data sint, & proportio a, b, & b, c, data, erit tota a, b, c, data. Quia enim e, cum c, b. est data ad d. cum c, b, quoniam sicut a, b. ad b, c. & quia d. & e. data sunt, erit & c, b. atque a, b, c, tota data. Amplius si datum a, b, & b, c, fuerit proportio e, ad d. data erit, utrumque eorum datum.

Quæstio Vigesima.

Si uero a sectione unius brachii pondus datum appendatur, quod alicui dato, & a termino alterius dependenti in pondere æquentur altera sectionum libræ data, reliqua data erit.



Hæc habentur ex præmissa, quia mutua est inter pondera, & remotiones proportio. Diuisiones quoque harum plures sunt uelut in præmissa.

Quæstio Vigesimaprima.

Quod si a termino, & a sectione unius brachii duo pondera data dependeant, quę tertio in termino alterius in ęqualitate respondeant sectionibus regulę datis, illud tertium datum erit.



AB a,t, quæ est sectio a,b. dependeat d, & 3. & a,c, dependeat e b,l. penderetq; e,m 7. & b,m 3. & b,l, cum b,e, quantum a,b. eritq; singulum eorum datum, quare totum datum. Amplius si e b, l. datum est, proportio 7. ad 3. data, quodlibet eorum datũ erit, dependeat ex a,d,g. quod in pondere respondeat ad e,b,l. proportio igitur ad 3. data, atque 3. ad d, quare g, ad 7. quoniamq; g,d, sit datum, erit utrumque datum, & 3 datum. Alia quoque plures diuisiones intercidunt.

Quæstio Vigesima secunda.

Si duo pondera alterum in terminio, alterum in sectione longioris brachii suspensa duobus datis ponderibus, & a termino breuioris dimissis in pondere æquentur, locis suis alternatis, singula eorũ data erunt.



VT si d, ab a, & 3. a,t, suspensa sint dimissum inque 3. ad a, & d, a,z, respondeat ab, in i, pondere tunc simpris æqualibus d, & 3. quæ sint m, & n, pendeat m, cum 3. in t, & n, cum d, in a, ponderabunt simul quanto c,b, quod quum sit datum, & d,n, æquale in 3. erunt ipsa data, sicq; & d, & 3. datum erit.

Quæstio Vigesima tertia.

Si supra regulam in perpendiculo centro motus posito quãcumlibet pondus utralibet parte dependeat, non erit possibile illud usque ad directum centri descendere.

VErbi gratia. Sit responsa a,b, c, perpendiculum b,u,e, centrum d, & sit a, pondus maius, quàm c, ducantur ergo lineæ d, a, d, e, & pertranseat d, a, a, 3. donec sit d, a, 3, ad d, a, tãquam a pondus ad c, sit que, 3, ponderet ut c. Quia igitur tria pondera a, c, 3, sic dependent in a, b, c, atque revolutio eorum circa centrum d, quæ essent in lineis d, a, 3, & d, c, sed positis ita ipsis tantum uellet 3, distare a directo d, quãtum, & c, distabit quoq; & a, proportionaliter a directo eiusdem. non ergo ad directum quum poterit pertingere.



Quæstio uigesima quarta.

Quum sit igitur distãtia cẽtri a medio. Responsæ ad longitudinem ipsius data póderaq; appensa ad pondus regulæ data erit perpendiculi declinatio data.

SIt regula, quæ directum determinat b, d, l, 3, & c, ut prius, declinetq; regula ex parte a, donec linea b, d, l, 3, secet in l, quasi ergo cẽtrum examinis esset in l, sicut sita est. Responsa quum ergo sine pondera data, & regula, erunt sectiones. Responsæ quæ sunt a, l, l, c, datæ quasi longitudo utriusque ad b, d, data erit similiter & l, b, quia etiam angulus l, d, b, datus erat, & est ut angulus c, u, b, & ipsa est declinatio perpendiculi a directo data.



Quæstio uigesimaquinta.

Si uero sub regula centrum designetur, nix cõtinget in hoc situ stabiliri pondera.



Sit Responsa ut prius a, b, c, & perpendiculum d b, e, sitq; e, centrum sub Responsa, & pondera a, & c, ductis igitur lineis e, a, e, c, quæ si inde ipsis, fiat, sic sua sunt pondera. ipsius igitur in hoc situ æque ponderantibus si fiat qualiter cuiuq; nutus in alteutra partium uelum in a, crescet ex parte a. portio. Responsæ usque ad rectitudinem quæ signetur b, l, 3, ut sit cõmunis sectio ipsius, et regulæ in l, sicq; gravius reddetur cõtinue donec circumvolutatur regula sub e.

Quæstio uigesimasexta.

Possibile est igitur Responsa æque distãtis collocata quãtumlibet pondus in alteutra parte suspẽdere, quæ regulam ab æqualitate non separet.



Sit regula a, b, c, centrum b, linea directionis d, b, e; sitq; Responsa suo pondere in æqualitate sita. Sumatur igitur alia Responsa æqualis grossiciei, & ponderis, quæ sit b, t, 3, posito t, in eius medio, sitq; portio regulæ b, b, in utralibet parte minor longitudine quã sit b, t, & pendeat regula b, t, 3, ab b, fixa in t, sit in directio sub b, secta a linea directionis in t, dico ergo ipsa ita dependens non faciet mutare literam, sita est enim quasi sit traberetur linea b, 3, & in ipsa linea b, b, dependaret omnesq; partes eius æqualiter a, t, distantes æque ponderarent, distant enim æqualiter a linea directionis, quia t, 3, ponderant, quantum b, t, t, b, non ergo fiet nutus, sed & super hoc si quolibet pondus suspendatur a, t, non faciet, hinc, uel inde nutum.

Quæstio

Quæstio Vigesima septima.

Quolibet ponderoso ab æqualitate ad directionem eleuato secundum mensuram substinentis in omni positione pondus ipsius determinari est possibile.

Sit a,b, ponderosum, & sit ubiq; æqualiter ponderis situm æqualiter & fixo b, eleuetur in a, donec directum sit c, b, mota a, quæ suo describat quartam circuli ab a, in c, sitq; situs æqualitatis primus directionis dicatur ultimus, & quū diuidit arcū a, c, per æqualia, sit ipsa b, d, et situs medius, & quū eleuatū fuerit secundū mensuram substinentis, sit b, e, & perpendicularis e, l, sit pro eleuatione, & sit hic situs secūdus. in situ uero 3. sit b, f, sitq; arcus f, d, æqualiter d, e, dico igitur ipsum semper leuius fieri usque in f, æque graue ut in e, & inde item semper leuius usque ad c, possibile alius leuius esse in a, quā in d, & grauius, & æque graue pro quantitate e, l, sit enim g, b, æqualiter e, l, ut orthogonaliter erecta, donec contingat d, b, in b, & dimittatur d, K, recte super a, b, Si igitur g, fuerit in medio a, b, tunc g, b, æquum erit eius dimidio, scilicet dimidio a, b, quia è æquale g, b, quum sit d, b, in d, ad pondus a, b, sicut linea b, K, ad b, a, atque pondus eius in d, ad pondus eius in b, ut b, g, ad b, K, quum sit b, g, ad b, K, sicut b, K, ad b, a, quia sunt consequenter proportionali erit pondus d, b, in b, tanquam pondus a, b, quia habent eādem proportionem ad pondus d, b, in a, quòd si g, sit uersus b, erit in b, maius pondus, quàm in a, si uero uersus a, minus sit, item in n, perpendicularis æqualiter e, l, quia b, K, haberet maior proportio ad b, g, quam ab ad b, K, &







Figura constructa a Nicolao Tartalea.

ideo, & pondus in, b, ad pōdus in d, cōtingens b, f, in e, x, m, transeatq; linea e, x, p, & ducantur perpendiculares f, r, f, x, ad b, a, b, c. Quia igitur ponderis e, b, ad pondus f, b, ut l, b, ad r, b, sive x, b, ad p, b, a punctis f, & e, æquedistent (ex hypothesi) a punctis c, et a, sive a puncto d, pondusq; f, b, in x, ad pondus eius in f, sicut f, b, ad x, b, sive r, b, ad m, b. Et quia x, p, ad p, b, sicut r, b, ad m, b, erit pondus e, b, ad pondus f, b, sicut pondus f, b, in x, pondus eius in f, tantum ergo est pondus e b, in e, quàm f, b, in x, quia figura e, a, b, p, est similis figuræ f, r, b, c, (& facile probabis) & figura x, m, b, p, circa diametrum f, b, (per sextum Euclidis) erit similis eisdem. Ideo sicut b, l, ad b, r, sic b, r, ad b, m; & ideo sicut b, e, in e, ad pondus b, f, in f, sic erit idem pondus f, b, in x, ad idem pondus f, b, in f, & ideo (per quintā Euclidis) pondera e, b, in e, & b, f, in x, erunt æqualia. Quòd autem in e, sit levius quàm in b, probatur quia d, b, est longior, & est etiam d, r, maior, quàm e, z, & angulus b, c, 3, minor angulo x, b, z.

Quæstio nigesima octaua.



Mundus non in medio descendens breuiorem partem secundum proportionem longioris ad ipsam grauitatem redditur.



IN, quo suspenditur sit a, b, c, & pondus e. Diuidatur autem c, in d, ac f, ut sit d, ad f, sicut a, b, ad b, c. Si igitur suspenditur d, in c, & f, in a, tāti ponderis quodlibet eorū, quanti e, intellecto quòd in opposita, sit quasi centrū libræ. subsimentibus igitur in a, & c, pondus c, dependens a, b, erit grauitas in a, ad grauitatem c, sicut c, b, ad b, a.

Quæstio

Quæstio Vigesimanona.

Omne medium impedit motum.

ESto quod moueatur a,b, quod uero occurrit medium sit c, ponatur q; c, quasi instantia, qua sit t, e, d. Si igitur c, nullius fuit gravitatis si non impedit motum a,b, descendente quum impelluatur ab ipso, cogetur descendere & sic erit ut gravitatem habens, poterit ergo descendens ex parte e, ad pondus ex parte d, attollere, æque ergo constabat a descensu suo impellere d, quia attollens d, non impedietur a velocitate sua, quod est impossibile. Quod sic ponderosum finite, si non moueatur quod ipsum impedit, habebit eam ab aqua tenus impedire, si moueatur, quum a,b, ipsum cõsequetur, erit a, b, gravius quo velocius sit q; 3, æquale a, b, in pondere, possibile igitur est 3, ex parte 3, positum motu c, descendere, & attollere ad pondus ex parte d, fieri q; tunc 3, in pondere ut c. Si igitur a, b, non impeditur impellendo, non impedietur impellendo 3, similiter ergo quum moueantur a,b, & 3 motu naturali, non impedientur in attollendo d, quod totum est impossibile.



Quæstio Trigesima.

Quo ponderosius est pro quod sit trãsitus, eo in transeundo difficilior fit descensus.



HVIusmodi per quod fit transitus sunt aer & aqua, & alia liquida, quod igitur ponderosius est ipsum sit a,b,c, quod levius sit d,e,f, quod q; transit t, transiens autem per illa, offendat in b, & e. Est autẽ b, gravius, quàm e. Quumq; ad descensum impedia

tur, & ipsa quam descendere habeant, fiant, pluris est gravitatis quod impedit b, quàm quòd impedit c, quia autem i, habet, eodem offendendi impedimento, plus offendetur in b, similiter infra b, & e, æqualiter, si sursum pellatur, tardioris erit motus in b.

Quæstio Trigesima prima.

Quod maius coheret, plus sustinet.

Figura a Nicolao Tartalea confinicta.



Sit quod sustinere habet a, b, c, & res descendens t, quæ cadès offendat in b, ad hoc ergo, ut per transeat, habet a, b, separari a, b, c. Quo ergo coheret, vel plus sustinebunt t, ut non moveantur ante operationem suam, vel si moveantur, plus habet e, a, secum trahere continuata. plus ergo impedient, & ideo prius.

Quæstio Trigesima secunda.

In profundo magis est descensus tardior.

Sit profundum a, b, g, d, lineis conclusum, et partes, per quas fit descensus sint e, f, K, profundior e, partes collaterales e, b, et g, quanto igitur liquor est profundior, tanto inferiores partes plus comprimuntur, ut e, comprimitur enim et a superioribus et a iuxta se positis. Quum enim coarliquida sint b g, compresa a superioribus nituntur undiq; evadere. Coarctant ergo e, ita, ut si f, cederet exiret in locum superiorem. Vnde manifestum est, quòd non solum e, sustinet f, sed nititur contra e, i, et e, o, magis f, contra K, minusq; ideo f, re pelleret K. si in f, profunditas terminaretur. Tunc enim solidum suppositum sustineret tantum f, et non niteretur contra magis igitur, quum impeditur descensus K, in hoc situ quòd si minor esset profunditas, et e, magis impediretur.

Quæstio Trigesima tertia.

Altitudo maior minuit grauitatem.

Vt superiorem formam repetamus, dicimus in omni liquido quamlibet partem inferiorem a qualibet superiori grauari, ut e non solum

lum ab f, et K, sed ab a, & d. Quum enim non possit a, descendere in b, tendit et in e, quoniam liquidum est similiter, et f, ab b, omni superiori grauatur, eo quòd amplius quanto a, b, latus. quanto igitur plus nititur contra. K, et ideo amplius tardabitur descensus t, tentū gravitatis minuetur.

a Nicolao costructa.



Quæstio Trigesimaquarta.

Res grauior quo amplius descendit eo fit descendendo uelocior.

IN aere quidem magis in aqua minus, se habet enim aer ad omnes motus. Res igitur grauis descendens primo motu trahet posteriora, et mouet proxima inferiora, et ipsa mota mouetur sequentia, ita ut illa mota gravitatem descendentem impediat minus. Vnde gravius efficitur, et cedentia amplius impelli, ita ut iam non impellantur, sed etiam trahant. Sicq; fit, ut illius gravitas tractu illorum adiuuatur et motus eorum gravitate ipsius augeatur, unde et velocitatem illius continue multiplicare confitat.



Quæstio Trigesimaquinta.

Forma ponderosi mutat uirtutem ponderis.

ET enim si acutum, et strictum fuit, facilius per trāsit, et hoc dicitur, levius enim separat, et sic fit levius, minori etiam ostendit, minus quidem impeditur, et ob hoc etiam velocius transit e, contra si obtusum est.



Quæstio Trigesima sexta.

Omne motum plus moueri.

Si quid ex impulsu moueatur, certum est quòd impelletur si autem motu proprio descendat, quo plus mouetur, uelocius fit, et eo ponderosius ad quæ plus impellit motum, quàm sine motu, et quo plus mouetur, eo amplius.

Quæstio Trigesima septima.

Quod motum plus impedit, plus impellitur.



Sit quod mouetur a, et quod plus impedit c, et quod minus b, sitq; libra u, e, f, duoq; pondera z, et t, sitq; a, quasi in d, suspensum, atque in z, ab f, dependens, quam c, impediat omnino motum a, et t, cum b, patet, ergo quòd e t, quàm b, minus, ergo a, t, adiuuat c, quàm c, b substinendum a plus ergo grauatur c, pondere a, quàm b, plus ergo impellitur.

Quæstio Trigesima octaua.

Et grauitas rei motæ, & leuitas frustrare uidentur mouentis uirtutem.

